

album

Haliacmū

alfiosis

trahunt. Vomicaeque uulvae contraque bestiarum morsus radix in uino est efficacissima. Erucæ semine scorpione uenenis & muris aranei medetur. bestiolas omnes inascetes corpori arcet. Vitia cutis in facie cum melle illitum. lentigines ex aceto. Cicatrices nigras reducit ad cadorem cum felle bubulo. aiunt ueibera subituri potum ex uino duritiam quandam contra sensum induere: in codicibus obsoniis tanta est suauitas: ut graeci euzomon appellauerint. putant subtrita eruca si foueatur oculi: claritatem restitui. Tussim istum sedari. Radix eius in aqua decocta fracta ossa extrahere. Nam de uenere stimulanda diximus tria folia siluestri erucæ sinistra. manu decepta & trita in aqua mulsa si bibantur. E contrario nasturtium uenerem inhibet. Animum exacuit. Ut diximus duo eius genera aluum purgat. Detrahit bilem potum in aqua .x. denarioꝝ pondus. cum lometo strumis illitum opertumque brassica praclare medetur alterum est nigrius: quod capitis uitia purgat. uisum clarificat. Comotas mentes sedat ex aceto. sumptum lyenem ex uino potum uel cum fico. Tussim ex melle: si quotidie ieiuni summant semen ex uino omnia intestinorum animalia expellit. Efficacius addito mentastro. prodest & contra suspiria & tussim cum origano & uino dulci pectoris doloribus decoctum in lacte caprino. panos discutit cum pice: extrahitque corpori aculeos: Et maculas illitum ex aceto. Contra carcinomata adicitur ouorum album. Et lyenibus illinitur ex aceto infantibus uero e melle utilissime. Sestius adicit hoc serpentes fugare. scorpionibus resistere capitis dolores contritum: & alopetias emendare addito Sinapi grauitatem aurium trito imposito auribus cum fico dentium dolores infuso in auris succo. pruriginem & ulcera capitis cum adipe asserino furunculos concoquit cum fermento. Carbunculos ad suppurationem perducit: & rumpit phagedenas necrum expurgat cum melle. Coxendicibus & lumbis cum polenta ex aceto illinitur. item licheni ite uulgibus scabris. Quippe natura eius caustica est optimum autem babylonium. Siluestri uero ad omnia ea effectus maior. in precipuis autem medicamentis ruta est latiora satiuæ folia. Rami fruticosiores. Siluestri horrida ad effectum est: & ad omnia acrior. Succus exprimitur tusa ea & asper. modice aqua & in pyxide cypria asseruatur. hic copiosior datus ueneni noxiam obtinet. macedonia maxime iuxta flumen anacimum. mirumque cicutæ succo extinguitur. adeo etiam uenenorum uenena sunt. Quando cicutæ succus. prodest manibus colligentium ritam. ceterum iter prima imiscetur antitotis precipuaque galacia. Quæcumque autem ruta aut per se aut per antidoto ualet foliis tritis & ex uino sumptis. contra aconitum maxime & uiscum item fungos siue in potu detur: siue in cibo. Simili modo contra serpentium ietus utpote cum mustelle dimicaturæ cum iis ruta. prius edendo se muniat. sed ualeat et contra scorpionis: & araneorum: apum: crabronum: uespaꝝ aculeos. & cantaridas ac salamandras: canisue rabiosi morsus: acetabulum mensura si succus e uino bibitur. & folia trita uel comanducata imponuntur cum melle & sale uel cum aceto & pice decocta. Succo uero peructos aut et habentes negat ferri ab iis maleficiis. Serpentesque si uisum ruita nidore fugere. efficacissima tamen est siluestris radix cum uino sumpta. eandem adiciunt efficacior est subdituo potum. pythagoras & in hac mare minoribus habet bacei: coloris fosis a scemia discreuit et latioribus. foliis & colore. idemque oculis noxiam putauit falso: quoniam sculptores & pictores hoc cibo utuntur oculorum causa. cum pane quoque uel nasturtio satiuæ atque siluestris pro uisum: Ut aiunt multi: succo eius cum melle atrito inuncti discusserunt caligines uel cum lacte mulieris puerum enixe: uel puro agulis oculorum tactis. epiphoras cum polenta imposita. Lenit autem capitis dolores potum cum uino uino aut cum acetone: & rosaceo illita. si uero sint cephalæ: cum farina hordeacea uel aceto. eadem cruditates discutit. mox in re-hidropicis cum ficu & decocta ad dimidias partes potumque ex uino. sic bibitur & ad pectoris dolores laterumque & lumborum. Tusses: suspiria: pulmonum: iocinerum: renum uitia: horrores frigidos: ad crapulae grauedines. Decoquuntur folia poturis & in cibo uel cruda uel decocta conditæ prodest. Item tormibus in hyssopo decocta. & cum uino. sic & sanguinem sisti tinteriore: & narium indita. sic & colutis dentibus prodest auribus quoque in dolore succus infunditur. custodio ut diximus modo. e siluestri uero contra tarditatem & sonitum cum rosaceo uel cum lauro oleo aut cumino & melle. succus & phreneticis ex aceto trita istillatur in tpa & cerebrum. adiecerunt aliqui & serpillum & laurum illinentes capita & colla. Dederunt & lathargicis ex aceto olfaciendum. Dederunt & comitialibus bibendum decoctæ succum in cyathis quattuor ante accessiones: quarum frigus intollerabile est. alfiosisque cruda dari in cibo. urinam quoque uel cruentam pelit. foeminae etiam purgationes. secundasque: et emortuos partus: ut hipocrati uidetur: ex uino dulci nigro potum: itaque illita & uuluarum causa etiam suffire iubet. Diocles & cardiacis imponit ex aceto et melle cum farina hordeacea. et contra ileum decocta farina in oleo ac uelleribus collecta. multi uero et contra purulentas excreationes sicce drachmas duas sulphuris unam et dimidiam sumi censent. et contra cruentas ramos tres in uino decoctos. Datur et dysentericis cum caseo in uino contrita. Dederunt et cum bitumine infrictam potionem propter anhelitum. ex alto lapsis feminis tres uncias: olei libra: uniusque sexta micum est quosdam dare uelut inhibentem potum contra incontinentiam urinæ. psoras et lepras cum melle et alu